

## S V B S E C T I O . I.

*De materia prima explicitantur difficultates.*

**D**E corporis naturalis principijs indubitatis dixi in antecedēti quæstione satis, prout ingenio meo, & probabilitati accomodatas rationes inueni; modo de principijs aristotelicis discurro, ne sicut pecudes viam pecudum relinquam, quarum natura est, vt si vna in puteum demergit, omnes sequentes illam demerguntur, & primo loco de materia prima, vt primo omnium rerum principio, & satis iuxta Aristotelem discursū facia-

## S V B S E C T I O . II.

*An, & quid sit materia prima in aristotelico sensu.*

**N**on me diffundam verbosis locutionibus circa primam partem quæstionis, quia apud omnes philosophos ferè teneatur talis materia existentia in rerum natura, vt quid certum de fide humana: satis est namque in hoc Aristotelem illam somniaisse; nam definiuit illam cap. ultimo primi physic. text. 82. pro eo, quod sit primum subiectum vniuersiusque, ex quo aliquid; solum circa secundam partem quæstionis insudare aliquantulum desidero.

1. Conclusio vntica. materia prima, si daretur, non posset esse subiectum forme substantialis aristotelicæ.

2. Probo ex antecedentibus in ultima scđ. per totam; quia cū sit substantia, & rigorosa substantia, sicuti forma substantialis aristotelica, non potest esse subiectum alterius substantię prime, & si secundæ, secundum intellectum meum; alias non esset sui iuriis; quia non est maior ratio, quare vna non subiectetur in alia, & altera, quæ est perfectior, videlicet forma, sequerentur enim multa inconvenientia, prout ex dicti ex antecedenti scđ. subiect. 1. & 2. a n. 2. vique ad 9. inclinue.

4. Neque valeat dicere, quod forma non potest actuare, nisi subiectetur, quia hoc verum est de actu accidentalí, cuius esse est in esse, non vero de actu substantiali primo, cuius est esse sui iuris, alias perfectiōis esset quid: imperfectum, & ignobilius perfectibilis,